



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Summæ Theologicæ Scholasticæ Et Moralis

In Quatuor Partes Distributæ

In qua de Incarnatione Verbi & Mysteriis vitæ Christi, nec non de
Sacramentis in genere & singulis in specie succinctè & dilucidè tractatur

Herincx, Wilhelm

Antverpiae, 1675

§. IV. De Oblatione pueri Iesu in templo & Purificatione Deiparæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72963](#)

venerunt
Iesum in
Bethlehem
decimoter-
tio post na-
tivitatem
die.

lius, ut voluit *Epiphanius*, nec post oblationem pueri Iesu in templo; sed tertio decimo post nativitatem die, dromedariorum velocitate adjutos pervenisse in Bethlehem, ibique Christum adorasse. Sic enim habet antiqua traditio Ecclesiastica, cui nil æquale aut præponderans potest opponi. Modus quoque loquendi Sacrae Historiae *Math. 2.* illos protinus venisse insinuat: *Cum natus esset Iesus in Bethlehem Iudea, ecce Magi ab Oriente venerunt &c.* Denique alias non invenissent amplius puerum in Bethlehem; cum post oblationem pueri in templo parentes discesserint ad pristinum domicilium in Nazareth, juxta illud *Luca 2.* *Et ut perse- runt omnia secundum legem Domini, reversi sunt in Galileam, in civitatem suam Nazareth;* quo usque scilicet Angelus monuit Josephum de sua in Ægyptum ob persecutionem Herodianam. An verò adhuc repererint infantem in spelunca seu stabulo, loco nativitatis seu in præsocio, dubitant Nonnulli, aut etiam negant. Affirmant tamen plerique Patres & Doctores, & consonat Ecclesia canens: *Hodie stella Magos duxit ad præsopium.* Nez aliquid multum urget in oppositum. Quod autem Nonnulli censem *Deiparām* cessante jam copiâ hospitii facile deinceps reperisse domum hospitii, solvi potest, dicendo, quod paupertatis causâ & amore, aut etiam ratione occultæ Dei providentia id non fecerit; vel fortè quod descriptio ista aut multitudo adventantium pluribus diebus perveraverit.

46. Dices: *Hærodes diligenter didicit tempus stellæ qua apparuit Magis*, quo scilicet tempore coepit apparere, & postea *videns quoniam illujus esset à Magis*, occidit omnes pueros à bimatu & infra secundum tempus quod exquisierat à Magis, ut refertur *Math. 2.* Igitur videatur stella à biennio circiter apparuisse, sive ante natale Christi, five ante adorationem Magorum. Resp. Neg. Conf. Nam Herodes ex furore & timore extedit tempus, veritus ne fortè ante exortum stellæ Christus esset natus, vel grandior esset esteris, sicut ad maiorem cautelam extendit locum, occidendo nimirum pueros masculos etiam in omnibus finibus Bethlehem. Quare processit secundum tempus quod exquisierat à Magis, id est, quod subdolâ exquisitione à Magis factâ ipse sibi callidè præscriperat ad effectum certius consequendum. Biennium autem computandum est, non ab adventu Magorum, sed ab edicto Herodis, aliquanto post tempore lato; et si fecit putarit *Baronius*. Nonnulli etiam ly secundum tempus, subtilius fortè quam solidius, solum referendum putant ad ly & infra; q. d. Occidit omnes masculos incipiendo à bimulis usque ad recens natos secundum tempus quo coepit stella apparere, quasi nempe postea natos non occiderit. Quod tamen genio crudelissimi & ambitiosissimi tyranni, & tantæ extensioni

*Cur Herodes
occiderit in-
fantes à bi-
matu & in
frat.*

ad bimatum & loca vicina cùm congruit; ut proinde credibile sit ipsum etiam occidisse infantes post Christum natos, ut secundus intentum suum obtineret.

Observandum denique Magos singulos obtulisse probabilissimè tria munera, quæ non carbant mysterio speciali, ut omnes Patres constanter advertunt: quidquid impudenter exhibet *Calvinus*: aurum quidem tamquam Regi magno, thus tamquam Deo, myrram tamquam homini proximis morituro.

§. IV.

*De Oblatione pueri Iesu in templo
& Purificatione Deiparæ.*

NUNC sequitur agendum de Oblatione pueri Iesu in templo Jerosolymitano, & purificatione Mariæ, quæ contigit quadagesimo die à nativitate Domini. Quando per præsentiam Verbi incarnati in templo præfato cœpit impleri illud *Agæi 2.* *Et ve- nient desideratus cunctis Genibus: & implebo do- num istam gloriam..... magna erit gloria domus istius novissima plus quam prima.* Et illud *Mala- ch. 3.* *Et statim venies ad templum tuum domi- nator quem vos queritis &c.*

Sciendum porro vèteri Lege duo fuisse *Lex pri-
fancita.* Primum, ut omne primogenitum *genitu-*
offerretur & consecraretur Domino, velut *deca-
peculium ejusdem speciale; idque in-
situ beneficii à Deo præstiti populo, quem ut
liberaret à servitute Ægypti, occiderat om-
nē primogenitum in terra Ægypti ab ho-
mīne usque ad pecus. Quare primogenita mundorum animalium immolabuntur Deo, *primogenita* verò hominum redimebantur quinque scilicet, eò quod Levite subrogati forent loco primogenitorum ad servien-*dom Deo.* Quæ omnia patent *Exodi 13.* & *Numer. 8.* & 18. Secundum erat genera-*Lex pri-
lius, ut nempe mulier, quæ suscep-
tione pepererit masculum, immunda esset *magis-
expansio-*
quadrageinta diebus, septem quidem juxta *legem pr-*
dies separationis menstruæ, id est, instar *peccato p-*
mulieris menstruatæ, quæ quidquid tan-*lii, sed pr-*
gebat, immundum reddebat, etiam ho-*legem pr-*
mines; deinde aliis triginta tribus juxta *secundum*
situm observatu faciliorem; quo ratione pro-*secundum*
fluviis sanguinis arcebatur à Sanctuario &*legem pr-*
contactu rei sanctæ. Die vero quadage-*peccato p-*
simo mundanda accedebat ad templum, of-*lii, sed pr-*
ferens agnum in holocaustum, quod cre-*legem pr-*
tabatur Deo in gratiarum actionem pro*secundum*
felici partu, & pullum columbæ vel turtu-*legem pr-*
rem pro peccato, scilicet legalis immun-*secundum*
ditæ, à qua mulier purgabatur: aut si pau-*legem pr-*
per erat, loco agni alterum turturum aut*secundum*
pullum columbæ. Orabatque pro ea sacer-*legem pr-*
dos, & sic mundabatur; ut habetur *Levit.*
12. Porro ad purgationem matris necesse**

non

Qu. II. De Concept. Nati v. & Infantia Christi. §. IV. & V. 77

non erat adesse infantem, cumque offerri. Quando tamen erat primogenitus, id est que confecrandus Domino, sed opportunè semper fiebat cum purificatione matris, quæ ci-
tius ingredi templum prohibebatur.

Utramque hanc legem B. Virgo in se & prole suâ servavit, ut patet *Lucas* 2. ob similes ex parte rationes, ob quas adimpleri curavit legem Circumcisionis, et si cira obligationem. Nam quod ad legem primogenitorum offerendorum spectat, Lex vetus non comprehendebat hunc infantulum tamquam propriam materiam legis, adeoque nequidem indirecte & ex consequenti erat obligata Deipara ad ejus oblationem ac redemtionem faciendam. Alioquin per ipsa verba legis non excludebatur Christus infantulus (quidquid velit *Suarez* & *Sylvius*) quia lex indistincte loquitur de primogeniti, et si juxta modum nascendi ultatum adhibeat verbum apertoris vulvae; quæ est periphrasis primogeniti. Quare etiam Evangelista *Lucas* cap. 2. significat verba legis quadrare in Christum.

Quod ad legem purificationis attinet, ea similiter juxta communem Patrum & Doctorum sententiam non obligabat Deiparam. Nam lex illa loquitur de muliere quæ suscepito semine pepererit masculum, adeoque verbis legis non comprehendebatur Deipara, quæ conceperat de Spiritu sancto. Adde feedos illos sanguinis & sordium fluxus, quibus puerperæ purgantur, non fuisse in Deipara, quæ sine dolore, naturæque contumeliam peperit. Quæ tamen cessatio finis in casu particulari videretur non sufficere, si (quod nonnulli Interpretes contendunt contra *Hieronymum* & alios Patres passim) aliquin verba legis generalia etiam comprehendenderent Deiparam.

Circa oblationem vero à Deipara facienda notandum est, illam fuisse factam à Deipara more pauperum, scilicet offerendo par turtrum, aut duos pullos columbarum. Oblationem autem unius ex columbis seu turtribus pro peccato faciendum, debuitur vi legis pro peccato seu immunditia ipsius parentis tollendâ fieri; ut fatis aperte docet contextus *Levit.* 12. ubi subiungitur: *Et orabit pro ea*, puerperæ, scilicet Sacerdos, *& sic mundabitur*. Deinde non alia legitur ceremonia legalis, quæ immunditia legalis puerperæ mundaretur, præter hanc. Insans quoque (ut satis constat) non debebat adesse, ipseque erat jam ante mundatus ab originali; ausquam autem legitur ipsum subiacuisse immunditia legali; que hujusmodi expiatione indigeret. Quare ita censet *Lyranus*, *Abulensis* & alii passim; et si *S. Augustinus* & quidam alii sentiant sacrificium fuisse offerendum pro peccato ipsius infantis, & *Suarez* existimet fuisse offerendum tam pro infante quam pro matre. Quibus non favet, quod in lege *Levit.* 12. dicitur *Herinck Sum. Theol. Pars IV.*

tur pro filio sive pro filia: id enim (ut ipse *Suarez* fatetur) non afficit quod sequitur; deferet agnum etc. sed quod præcedit. Cum expleti fuerint dies purificationis, pro filio nempe vel filia, seu ob partum filii vel filiae explendi. Agnus enim in holocaustum, & non pro peccato prolis, jam antea ab originali purgata erat offerendus. Similiter quod *Lucas* 2. dicitur: *Et cum inducerent puerum Iesum parentes eius ut facerent secundum consuetudinem legis pro eo*; intellige, sistendo eum Domino tamquam primogenitum. Vel significatur generatim, quod ejus causa siebat, ut mox dicetur. Quod denique in Ecclesiastico officio ad imitationem verborum Scripturæ canitur, *Obtulerunt pro eo Domino par turtrum aut duos pullos columbarum* (incertum quid horum obtulerint) intellige sic, ut *pro eo* sit idem, quod *ejus causa*, ratione scilicet partiū seu generationis ipsius.

§. V.

De Actis in reliqua Christi ætate usque ad Baptismum.

HORUM dumtaxat synopstum brevissimum damus, plura relinquentes Ex-
positoribus S. Scripturæ. Itaque post puri-
ficationem parentes sunt reversi cum puerum.
in Egyptum.
Iesu in Nazareth, ut indicatur *Lucas* 2. Ubi Joseph in somnis admonitus fugit cum Deipara & infante in Egyptum, mansaque ibi usque ad obitum Herodis: quantum autem temporis præcisè intercurrerit, plane incertum est, cum plerique varios annos numerent, alii plures, alii pauciores. Si tamen Josephi & Dionis auctoritati deferamus, di-
cendum foret consequenter, fatente Petavio
I. 13. de Doctrina temporum in tabulis annorum
Christum natum Augusto 12. & Cornelio
Sullà consulibus, & Herodem mortuum ei-
us anno sequenti, eodem scilicet quo Christus fuderat in Egyptum.

Tum Herodes (ut habetur *Math. 2.*) subsecuta videns quoniam illus esset à Magis, au-
cades inno-
ditis scilicet mirabilibus, quæ in templo
centum.
die purificationis contigerant; cum antea facile sibi persuasisset Magos ipse frustratos non fuisse ausos regredi præ pudore, vel alii implicitus ad id non advertisset, ce-
pit se convertere ad cædem infantium in-
nocentium.

Post mortem Herodis monitu Ange-
li Joseph reversus in Nazareth habitavit.
Puer autem crescebat & confortabatur ple-
nus sapientiæ, & gratia Dei erat in illo. Et
ibant parentes ejus per omnes annos in Je-
rusalem ad templum, etiam Deipara pro
sua pietate, et si aliquin lex præscribens
ut id ter in anno fiat, scilicet in Penteco-
ste, festo Tabernaculorum, & Paschæ solos
Reliqua
Christi gestæ
usque ad
Baptismum.